

VII. De casibus in quibus ex officio est procedendum.

Congrua congruis referendo, ea quae in his regulis statuta sunt pro casibus in quibus sacerdotes sponte petunt reductionem ad statum laicalem cum dispensatione ab oneribus ex sacra ordinatione manantibus, applicanda sunt etiam in casibus in quibus aliquis sacerdos, vel ob pravam vitam, vel ob errores in doctrina, vel ob aliam gravem causam, videtur post necessariam investigationem reducendus ad statum laicalem et simul ex misericordia dispensandus ne periculum aeternae damnationis incurrat.

VII. De los casos en que se ha de proceder de oficio.

Guardando la debida congruencia, lo establecido en estas reglas, para los casos en que los sacerdotes piden espontáneamente la reducción al estado laical con dispensa de las cargas dimanantes de la sagrada ordenación, se ha de aplicar también en los casos en que algún sacerdote, o por su mala vida, o por sus errores en la doctrina, o por otra causa grave parece que, después de la investigación necesaria ha de ser reducido al estado laical y al mismo tiempo por misericordia dispensado para que no incurra en peligro de condenación eterna.

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI
LITT. CIRC. OMNIBUS LOCORUM
ORDINARIIS ET MODERATORIBUS
GENERALIBUS RELIGIONUM
CLERICALIUM*

TEXTO BILINGÜE

Litteris Encyclicis «Sacerdotalis caelibatus» die 24 iunii 1967 datis, Summus Pontifex Paulus VI alloquebatur «paterno amore, magna trepidatione ac dolore... infelices illos... in sacerdotio fratres, sed semper dilectissimos ac desideratissimos, qui, cum in animo impressum gerant sacrum signum per Presbyteratus Ordinem collatum, nihilominus ab officiis in sacerdotali consecratione susceptis misere desciverunt».

Quo quidem in documento, Summus Pontifex, memoratis rationibus ob quas Ecclesia quibusdam sacerdotibus concedere censet reductionem ad statum laicalem cum dispensatione ab onere servandi caelibatum, admonet «nihil non esse temptandum, et vacillans

En la Encíclica «Sacerdotalis caelibatus», fechada el día 24 de junio de 1967, el Sumo Pontífice Pablo VI dirigía su palabra «con amor paterno, con gran temor y dolor ... a aquellos desgraciados ... hermanos en el sacerdocio, pero siempre muy queridos y muy amados, que, no obstante tener impreso en su alma el signo sagrado que les confirió el orden del Presbiterado, han dejado de cumplir, sin embargo, desdichadamente, las obligaciones contraídas en la Consagración sacerdotal».

En este documento, después de exponer las razones por las que la Iglesia determina conceder a algunos sacerdotes la reducción al estado laical junto con la dispensa del deber del celibato, el Sumo Pontífice advierte que «hay que intentarlo todo a fin de que

* Junto a la normativa anterior la S. C. para la Doctrina de la Fe remitió a todos los Ordinarios y Superiores Generales de las religiones esta carta circular (AAS 63 (1971), pp. 309-312). Traducción de Tomás Rincón y Eloy Tejero.

labansque frater persuasione possit ad animi tranquillitatem, ad fiduciam, ad paenitentiam atque ad pristinam resumendam alacritatem revocari. Atque tunc tantum cum visum fuerit fieri non posse ut sacerdos ad bonam frugem compellatur, tum demum infelicem Dei ministrum a sibi concredito munere exsequendo esse eximendum». Addit vero Beatissimus Pater «quodsi aliquando fiat ut, quamvis is reduci non possit ad sacerdotii partes rursus sustinendas, sinceram tamen bonamque ostendat voluntatem christianae vitae ducendae, ut laicum decet, Apostolica Sedes, omnibus diligentissime perpensis, collatisque cum loci Ordinario vel cum Superiore religioso consiliis, potior habens amorem quam dolorem, postulatam dispensationem interdum concedit...» (A.A.S. 59 (1967), pp. 690-692)

Sane vero, Summi Pontifices Pius XII et Iohannes XXIII f. r. et Paulus VI Supremae tunc Sacrae Congregationi Sancti Officii examinandas commiserant supplices preces pro reductione ad statum laicalem cum dispensatione ab onere servandi caelibatum, ut casus favorabili iudicio dignos Pontificiae Audientiae exhiberet.

Quapropter hoc Sacrum Dicasterium, die 2 februarii 1964, «omnibus E.mis et Exc.mis Locorum Ordinariis atque Familiarum Religiosorum Moderatoribus Generalibus» litteras misit quibus nuntiabatur constitutum esse specialem Commissionem, penes ipsam Sacram Congregationem, cui id muneris incumberet ut postulationes pro reductione ad statum laicalem cum dispensatione ab onere servandi caelibatum perpenderet.

Quibus quidem litteris adnexae erant «Normae ad causas parandas de S. Ordinatione eiusque oneribus», iuxta quas Ordinarius loci habitus commorationis oratoris (qui etiam «actor» vocabatur) Tribunal constituere debet, constans Iudice, Defensore Vinculi Sacrae Ordinationis et Actuario, ad conficiendum processum ritu iudiciali. Interrogatorium oratoris 27 articulus continet, «Iudiciale examen» vero parentum et testium 22 et 32 respective.

Inde vero a diuturno tempore, plurimi E.mi et Exc.mi Episcopi et Religiosorum Moderatores Generales petiverunt ut regulae servandae ad simpliciorum formam redigerentur ac consequenter contraheretur tempus solutioni causarum impendendum, sive in Curiis dioecesanis sive in hac Sacra Congregatione.

Haec considerans, Plenarius Coetus huius S. Congregationis die 3 Decembris 1969 habitus, decrevit normas hic memoratas esse abrogandas et iis novas simpliciores esse sufficiens. Beatissimus Pater autem relatam sibi E.morum et Exc.morum Patrum decisionem ratam habuit.

aquel hermano que vacila y está a punto de sucumbir, pueda ser persuadido y reconducido a la tranquilidad del ánimo, a la confianza, a la penitencia y al gozoso y anterior entusiasmo. Y sólo cuando se haya comprobado que no es posible conducir al sacerdote al buen camino, sólo entonces es cuando el desgraciado ministro de Dios debe ser eximido de ejercer el oficio a él confiado». Añade además el Santo Padre «que si aconteciese que, no siendo posible encaminarle de nuevo al ejercicio de la tarea sacerdotal, demuestra, no obstante, una sincera y buena voluntad de vivir cristianamente, como corresponde a un laico, la Sede Apostólica, examinado todo diligentemente y oído el parecer del Ordinario del lugar o del Superior religioso, guiándose más por amor que por dolor, concede alguna vez la dispensa solicitada ...» (A.A.S. 59 [1967], pp. 690-692).

Ciertamente, los Sumos Pontifices Pío XII, Juan XXIII y Pablo VI habían encargado a la Suprema Sagrada Congregación del Santo Oficio el examen de las preces suplicatorias para la reducción al estado laical junto con la dispensa del deber de celibato, a fin de presentar en la Audiencia Pontificia los casos dignos de un juicio favorable.

Por lo cual este Sagrado Dicasterio envió una Carta el día 2 de Febrero de 1964 «a todos los E.mos y Exc.mos Ordinarios de lugar y Superiores Generales de Familias Religiosas», en la que se anunciaba que se había constituido una Comisión especial, en el seno de la misma Sagrada Congregación, a la que competía dilucidar las peticiones de reducción al estado laical y la dispensa de la obligación del celibato.

En esta carta se adjuntaban las «Normas para preparar las causas acerca de la Sgda. Ordenación y de sus obligaciones», según las cuales el Ordinario del lugar de residencia habitual del peticionario (orator) (que también se llamaba «actor») debe constituir un tribunal integrado por el Juez, el Defensor del vínculo de la Sagrada Ordenación y el Actuario, en orden a la confección del proceso según la práctica judicial. El interrogatorio del peticionario contiene 27 artículos, el examen judicial de los padres y de los testigos, 22 y 32 respectivamente.

Desde muy pronto, muchos E.mos y Exc.mos Obispos y Superiores Generales de Religiosos pidieron que las «regulae servandae» se redujeran a una forma más simple y, consecuentemente, se abreviara el tiempo requerido en la solución de las causas, tanto en las Curias diocesanas como en esta Sagrada Congregación.

Teniendo en cuenta todo esto, la reunión plenaria de esta S. Congregación del 3 de diciembre de 1969, decretó la abrogación de las mencionadas normas y su sustitución por otras nuevas más simples. El Santo Padre ratificó esta decisión de los E.mos y Exc.mos Padres.

Itaque haec Sacra Congregatio ea quae Episcopi et Generales Moderatores suggesserant per ordinem digressit, et contulit cum conclusionibus quas experiendo deprompserat ex milibus casuum ex omnibus fere orbis terrarum partibus ad se delatorum. Inde deductae sunt Normae hae novae, quas Beatissimus Pater Sibi suppositas die 14 Decembris 1970 approbare dignatus est.

Hiscenunc Litteris novae Normae cum singulis locorum Ordinariis et Religiosorum Institutorum clericalium Moderatoribus Generalibus communicantur; Generales autem Moderatores rogantur ut illas notas faciant omnibus suae Religionis Superioribus Maioribus (Provincialibus et Provincialibus assimilatis).

Potissima discrimina inter Normas anno 1964 latae et has praesentes nunc illustranda veniunt.

1) Loco «processus iudicialis» in Tribunali instructi nunc fit simplex investigatio, cui propositum est detegere utrum motiva in petitione dispensationis ab onere caelibatus allata valeant et utrum ea quae orator asserit veritate nitantur. Huiusmodi investigatio igitur minus habet rigoris iuridici et magis regitur pastoralibus rationibus, simplicioreque via procedit: id tamen semper sanctum esto ut ad objectivae veritatis cognitionem investigatio ducat.

2) Normae anno 1964 latae processum Ordinario loci commorationis habitualis oratoris committebant, qui quidem poterat non esse proprius Oratoris sacerdotis saecularis et numquam erat proprius Superior Maior oratoris religiosi. Novae vero Normae munus peragenda investigationis committunt proprio Ordinario oratoris, sive dioecesano sive religioso.

Quod si orator longe absit a propria dioecesi vel a sede sui Superioris Maioris religiosi, Normae mandant praedictis competentibus auctoritatibus, seu praelatis, ut Ordinarium loci in quo orator degit datis litteris rogent pro peragenda investigatione.

3) In hac Sacra Congregatione examen actorum a competente Praelato missorum ad simpliciore regulam accommodabitur. Supposita igitur integritate actorum, examen solvendo casui peragendum intra breve temporis spatium continebitur. Si votum competentis Praelati erit favorable et votum huius S. Congregationis illud prius ratum habebit, statim dispensatio ab onere servandi caelibatum a Beatissimo Patre petetur; quae si concessa fuerit, eiusdem Rescriptum brevi mittetur eidem illi Praelato qui casum proposuit.

4) Hactenus Rescriptum reductionis ad statum laicalem cum dispensatione ab onere caelibatus servandi mittebatur adnexum litteris Ordinario loci commorationis oratoris, ipsa vero Sacra Congregatio certiore

Así pues, esta Sagrada Congregación clasificó por orden las sugerencias de los Obispos y Superiores Generales y las confrontó con las conclusiones que había ido extrayendo de la experiencia que le brindaban los miles de casos propuestos de casi todas las partes del orbe. Así nacieron estas nuevas normas que el Santo Padre se dignó aprobar el día 14 de Diciembre de 1970.

En la presente carta se dan a conocer las nuevas Normas a cada uno de los Ordinarios del lugar y a los Superiores generales de los Institutos religiosos clericales; asimismo, a todos los Superiores Mayores de su Religión (Provinciales y asimilados a los Provinciales).

Ahora deben ponerse de relieve las principales diferencias entre las presentes normas y las normas del año 1964.

1) En lugar del «proceso judicial» instruido en un Tribunal, ahora se hace una simple investigación cuyo objeto es aclarar si los motivos aducidos en la petición de dispensa de la obligación del celibato son válidos, y si lo que el peticionario afirma se apoya en la verdad. Tal investigación, por tanto, tiene un menor rigor jurídico, se rige más por razones pastorales y sigue una vía más simple: cuídese siempre, sin embargo, como algo sagrado el que la investigación conduzca al conocimiento de la verdad objetiva.

2) Las normas promulgadas en 1964 encomendaban todo el proceso al Ordinario del lugar donde habitualmente residía el peticionario, el cual, ciertamente, podía no ser el Ordinario propio del peticionario sacerdote secular y nunca era el Superior Mayor propio del peticionario religioso. Las nuevas normas, pues, encomiendan la tarea de la investigación al Ordinario propio del peticionario, sea diocesano o religioso.

Pero si el peticionario se encuentra lejos de la propia diócesis o de la sede de su Superior Mayor, las Normas determinan que dichas autoridades competentes o prelados pidan al Ordinario del lugar en que se encuentra el solicitante que realice él la investigación.

3) En esta Sagrada Congregación el examen de las actas enviadas por el Praelado competente se acomodará a una regla más simple. Supuesta, pues, la integridad de los actos, el examen que hay que llevar a cabo en la resolución del caso se realizará en un breve espacio de tiempo. Si el voto del Praelado competente es favorable y el voto de esta S. Congregación lo ratifica, al momento se pide al Santo Padre la dispensa de la observación del celibato; concedida la cual, se envía en breve el Rescripto a aquel mismo prelado que propuso el caso.

4) Hasta ahora el Rescripto de reducción al estado laical junto con la dispensa de la obligación del celibato se enviaba, anejo a la Carta, al Ordinario del lugar donde se hallaba el peticionario, pero la misma

faciebat Ordinarium proprium incardinacionis oratoris vel Superiorem Maiorem religiosum. Deinceps vero ille idem Praelatus cui vi incardinacionis vel professionis religiosae orator suberat quique casus investigationem peregit, Rescriptum cum oratore communicabit, vel per se vel per Ordinarium loci commorationis ipsius oratoris.

5) Novae Normae competenti Praelato (Ordinario incardinacionis, Superiori Maiori religioso, Ordinario loci in quo orator commoratur) concedunt facultatem dispensandi, pro eorum prudentia et quatenus opus sit, oratorem ab obligatione, hactenus valde stricta, servandi secretum circa dispensationem et canonicam matrimonii celebrationem.

6) Ad Normas quae n. VI habentur, post crebras consultationes et diligens examen peractum in coetu mixto huius S. Congregationis et aliorum competentium Dicasteriorum deventum est; ipsas vero peculiari ratione Beatissimus Pater ratas habuit.

Haec quidem in Normis nunc editis potiore aliqua ratione immutant et complent Normas anno 1964 latas. At ipsis Normis praesupponendum est, Normarumque usum regere debet praegrave officium, omnibus Episcopis Superioribusque religiosis incumbens, quo etiam se obstrictam persentit haec S. Congregatio, cui in primis Summus Pontifex satisfacere intendit, omnia experiendi (antequam recursus instituat ad Supremam Ecclesiae Auctoritatem pro solvendis casibus misericordia dignis, quos memorant Encyclicae Litterae «Sacerdotalis caelibatus») ut sacerdotes que discedendi temptatione laborant suas difficultates vincant.

Porro hae Litterae Normaeque adnexae Sacrae Congregationis Pro Doctrina Fidei firmum vivaxque desiderium testantur Episcopis Superioribusque Maioribus religiosis opem ferendi ut periclitantes sacerdotes ad bonam frugem revocentur.

Haec dum pro munere nostro communicamus, impenso obsequii nostri sensus libenter pandimus nosque profitemur in Domino addictissimos.

Romae, die 13 Ianuarii 1971.

F. Card. SEPER, Praefetus
P. PHILIPPE, a Secretis

Sagrada Congregación se lo hacía saber al Ordinario propio de la incardinación del sacerdote o al Superior Mayor religioso. Desde ahora, aquel mismo prelado a quien está sujeto el solicitante por la Incardinación o por la Profesión religiosa y quien llevó adelante la investigación del caso será el que dé a conocer al interesado el rescripto, bien por sí mismo o a través del Ordinario del lugar en donde se encuentra.

5) Las nuevas normas conceden al Prelado competente (Ordinario de la Incardinación, Superior Mayor religioso, Ordinario del lugar en donde mora el peticionario) la facultad de dispensar, según su prudencia y en cuanto sea necesario, de la obligación del peticionario, hasta ahora muy estricta, de guardar secreto acerca de la dispensa y de la celebración canónica del matrimonio.

6) A las normas contenidas en el n. VI se llegó después de reiteradas consultas y un diligente examen llevado a cabo en una reunión mixta de esta S. Congregación y otros Dicasterios competentes; el Santo Padre las ratificó con un especial motivo.

En estos puntos es en los que principalmente las nuevas normas modifican y completan las normas de 1964. Pero en esas normas se presupone, y debe presidir su aplicación, el gravísimo deber, que incumbe a todos los Obispos y Superiores religiosos, al que también se siente vinculada esta Sagrada Congregación y cuyo cumplimiento intenta principalmente el Sumo Pontífice, el gravísimo deber de apurar todos los resortes (antes de acudir a la Suprema Autoridad de la Iglesia para resolver aquellos casos dignos de misericordia que menciona la Encíclica «Sacerdotalis caelibatus») a fin de que aquellos sacerdotes que se encuentran en peligro venzan sus dificultades.

Por otra parte esta carta y las Normas anejas de la Sagrada Congregación para la Doctrina de la fe, testimonian a los Obispos y Superiores Mayores religiosos el firme y vivo deseo de ayudar a que los sacerdotes que están en peligro sean reconducidos al buen camino.

Al mismo tiempo que os comunicamos esto, os expresamos nuestros afectuosos sentimientos de complacencia y nos declaramos servidores en el Señor.

Roma, 13 de Enero de 1971.

F. Card. SEPER, Prefecto
P. PHILIPPE, Secretario